



Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Burchardi VVormaciensis Ecclesiae Episcopi,
Decretorum Libri XX. ex Consiliis, & orthodoxoru[m]
patru[m] Decretis, tum etiam diuersaru[m] nationum
Synodis, ceu loci communes congesti, in quibus ...**

Burchardus <Wormaciensis>

Parisiis, 1549

De illis qui poenitentiam sibi iniunctam adimplere festinant. xxxii.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10722

D. BVRCHARDI EPIS. VVORMAC.

pæ , cum sit facilè per eosdem modos vindictam & censuram canonum æstimare.

De illis qui pœnitentiam sibi iniunctam adimplere festinant. Cap. XXXII.

Ex pœnitentiiali Romano.

V Numquemq; hominem accedentem ad pœnitentiam si videris acriter & asiduè stare in pœnitentia, illi tim remissius age aduersus eum. Qui vero potest ieiunare quod impositum est ei, noli prohibere, sed permitte: magis enim laudandi sunt hi qui celeriter debitum pondus persoluere festinant: quia ieiunium debitum est pondus, & sic amandum his qui pœnitentiam agunt, quia si ieiunauerit, & compleuerit, quod illi mandatum est a sacerdote, purificabitur a peccatis. Quod si iterum ad pristinam consuetudinem peccati reuersus fuerit, sic est quomodo canis qui reuertitur ad vomitum proprium. Omnis itaq; pœnitentia hoc solùm debet ieiunare quod illi mandatum est a sacerdote, verum etiam postquam compleuerit ea quæ illi nulli sunt, debet quantū ipsi visum fuerit ieiunare. Si enim egredit ea quæ illi sacerdos præceperit, illa peccata tantum q; confesus est remittentur. Si vero postea ex sua voluntate ieiunauerit, mercedem sibi acquiret, & regnum celorum. Qui ergo totam septimanam ieiunat pro peccatis, sabbato & dominica die manducet & bibat quicquid ei aptum fuerit: custodiat tamen se a crapula & ebrietate: quia omnis luxuria de ebrietate nascitur. Ideo beatus Paulus prohibuit dicens: Nolite inebriari vino, in quo est luxuria: non quia in vino est luxuria, sed in ebrietate.

Vt quotiescumque aliquis ad pœnitentiam accesserit, sacerdotes ieiuniis & orationibus cum eis communicare debeant. Cap. XXXIII.

Ex pœnitentiiali Theodo.

Q Votiescumque Christiani ad pœnitentiam accedunt, ieiunia iniungimus, & nos communicare cum eis debemus in ieiunio, vnam aut duas septimas, aut quantum possumus, vt non dicatur nobis quod sacreotibus Iudaorum diu est a domino: Ve vobis legisperitis, qui aggrauatis homines, & imponitis sup humeros eorum onera grauias, & importabilia, ipsi autem uno digito uestro non tangitis sarcinas ipsas. Nemo enim potest subleuare cadentem sub pede, nisi inclinauerit se ut porrigit ei manu. Neque ullus medicorum vulnera infirmatium potest curare nisi fætorib; particeps